ВІСТНИК

ПЕРЕМИСКОЇ ЕПАРХИЇ.

Рік 1915. Видано 10. грудня Ч. IX.

Ч. 40.

Ч. 1736. Енцикліка Сьвятійшого Отця Венедикта XV. Папи Римского.

Litterae encyclicae

ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque locorum Ordinarios pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes.

BENEDICTUS PP. XV.

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Ad beatissimi Apostolorum Principis cathedram arcano Dei providentis consilio, nullis Nostris meritis, ubi provecti sumus, cum quidem Christus Dominus ea ipsa Nos voce, qua Petrum, appellaret,

Енцикліка

до Всечеснійших Братів Патріярхів, Примасів, Архиепископів, Епископів, і Ординариятів в мирі і єдности з Апостольскою Столицею зістаючих.

ВЕНЕДИКТ П. Р. XV.

ВСЕЧЕСНІЙШІ БРАТЯ, ПОЗДОРОВЛЕНЄ І АПОСТОЛЬСКЕ БЛАГОСЛОВЕНІЄ.

Від хвилї винесеня Нашого, непонятим зарядженєм Провидїня Божого, без жадних Наших заслуг, на престол Блаженного Верховника Апостолів, тим самим голосом, яким Христос Господь

pasce agnos meos, pasce oves meas [1]); continuo Nos summa cum benevolentiae caritate oculos in gregem, qui Nostrae mandabatur curae, convertimus; innumerabilem sane gregem, ut qui universos homines, alios alia ratione, complectatur. Omnes enim, quotquot sunt, Iesus Christus a peccati servitute, profuso in pretium suo sanguine, liberavit; nec vero est ullus, qui a beneficiis redemptionis huius exceptione excludatur: itaque genus humanum divinus Pastor partim Ecclesiae suae caulis iam feliciter inclusum habet, partim se eodem compulsurum amantissime affirmat: *Et alias oves habeo, quae non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient* [2]). Equidem non vos hoc celabimus, venerabiles Fratres: ante omnia, divina certe benignitate excitatum, sensimus in animo incredibilem quemdam studii et amoris impetum ad cunctorum salutem hominum quaerendam; atque illud ipsum fuit Nostrum in Pontificatu suscipiendo votum, quod Iesu, mox crucem subeuntis, fuerat: *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi* [3]).

Iam vero, ut primum licuit ex hac arce Apostolicae dignitatis rerum humanarum cursum uno quasi obtutu contemplari, cum lacrimabilis obversaretur Nobis ante oculos civilis societatis conditio, acri sane dolore affecti sumus. Quo enim pacto fieret ut Nostrum communis omnium Patris animum non vehementissime sollicitaret hoc Europae atque adeo orbis terrae spectaculum, quo nullum fortasse nec

[1]) Ioan. XX. 15—17.
[2]) Ioan. X, 16.
[3]) Ioan. XVII, 11.

покликав Петра: „**Пасѝ а҆́гнцы моѧ҆̀, пасѝ о҆́вцы моѧ҆̀**", [1]) неустанно, з чувством найжичливійшої любови, глядимо на стадо поручене нашій печаливости, стадо безчисленне, яке обнимає всїх людей, хотяй не всїх однаково. Ісус Христос бо всїх, які тілько суть, цїною своєї Крови освободив з неволї гріха, і не ма нікого, когоби виключив від добродійств свого відкупленя; проте часть роду людского Божественний Пастир радісно вже тримає в загороді своєї Церкви, а другу часть має єще там завести, як о тім повен любова запевняє: „**И҆ и҆́ны о҆́вцы и҆́мамъ, ꙗ҆̀же не сꙋ́ть ѿ двора̀ сегѡ̀: и҆ тꙑѧ̀ ми̑ подоба́етъ привестѝ: и҆ гла́съ мо́й оу҆слы́шатъ** [2]). І дійсно, Всечеснійші Братя, не будемо перед Вами сего закривати, почулисьмо в собі, певно з ласки Божої, горяче і повне любови бажанє шукати спасенія всїх людей; при обниманю Нами Нашого Понтифікату, нашим бажанєм було бажанє Ісуса, маючого іти вже на крест: „**Ѻ҆́тче ст҃ы́й, соблюдѝ и҆̀хъ во и҆́мѧ твоѐ, и҆̀хже да́лъ є҆сѝ мнѣ̀.**" [3])

Але, коли Ми на самім вступі з верху сеї Апостольскої гідности, одним майже поглядом огорнули дорогу, по якій точать ся справи людскі, великим болем стиснулось Наше серце, бо очи Наші вразило оплаканя гідне положенє суспільности людскої. Якжеж не мало болючо заворушитись серце Отця всїх на вид, який тепер представляє Европа і цїлий сьвіт, на вид так прикрий і жалїсний, якого не затямила єще може нїколи память людска? Здаєсь, що вже надійшли

[1]) Іоан. XX, 15—17.
[2]) Іоан. X, 16.
[3]) Іоан. XVII, 11.

atrocius post hominum memoriam fuit, nec luctuosius? Omnino illi advenisse dies videntur, de quibus Christus praenuntiavit: *Audituri... estis praelia, et opiniones praeliorum... Consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum* [1]) Tristissima usquequaque dominatur imago belli: nec fere nunc est aliud quod hominum cogitationes occupet. Maximae sunt praestantissimaeque opulentia gentes quae dimicant: quamobrem quid mirum, si horrificis bene instructae praesidiis, quae novissime ars militaris invenit, conficere se mutuo exquisita quadam immanitate contendant? Nec ruinarum igitur nec caedis modus: quotidie novo redundat cruore terra, ac sauciis completur exanimisque corporibus. Num, quos ita videris alteros alteris infestos, eos dixeris ab uno omnes prognatos, num eiusdem naturae, eiusdem societatis humanae participes? Num fratres agnoveris, quorum unus est Pater in caelis? Dum autem infinitis utrimque copiis furiose decernitur, interea doloribus et miseriis, quae bellis, tristis cohors, comitari solent, civitates, domus, singuli premuntur; crescit immensum in dies viduarum orborumque numerus; languent, interceptis itineribus, commercia; vacant agri; silent artes; in angustiis locupletes, in squalore inopes, in luctu sunt omnes.

Hisce Nos tam extremis rebus permoti, in primo tamquam limine Pontificatus maximi, Nostrarum partium esse duximus, suprema illa Decessoris Nostri, praeclarae sanctissimaeque memoriae Pontificis, revocare verba, iisque iterandis, Apostolicum officium auspicari; vehemen-

[1]) Math. XXIV, 6, 7.

дні, предсказані Христом: „**Оуслышати же имате брани и слышанія бранемъ... востанетъ бо ѧзыкъ на ѧзыкъ и царство на царство**“ [1]). Всїх переймає сумний образ війни; майже над нїчим иньшим не думають тепер люди. Бють ся зі собою найбільші і найбогатші народи, щож отже дивного, що узброєні найстрашнїйшими орудіями, які винайшла найновійша технїка воєнна, з вирафінованою жорстокостию хотять одні других майже стерти з лиця землї? Не ма отже міри анї спустошеням анї убійствам; день в день потоками льеть ся на землю кров, густо падають ранені і бездушні трупи. Чи на вид такої взаїмної ворожнечі, прийде на гадку, що се дїти одного батька, учасники одної і тої самої природи, члени одного роду людского? Чи пізнаєш в них братів, котрі мають одного Отця на небесїх? Тим часом, коли шалено борють ся взаїмно непроглядні полки, поодинокі держави, родини і люде стогнуть від болю і нужд, які звичайно ідуть в слїд за війною; росте з дня на день число вдів і сиріт, стоїть з причини перерваної комунїкациї торговля, пустїють поля; мовчить штука, в біді богаті, в нуждї убогі, в смутку всї.

Потрясені тим так страшним станом річий, уважалисьмо за свій обовязок на вступі Нашого Понтифікату, пригадати послїдні слова Нашого славної і блаженної памяти Попередника і від їх повтореня розпочати Нам Апостольский уряд; усердно заклиналисьмо тих, в котрих руках спочиває управа справ пу-

[1]) Мат. XXIV, 6, 7.

terque eos, qui res regunt vel gubernant publicas, obsecravimus, ut, respicientes quantum effusum iam esset lacrimarum et sanguinis, alma pacis munera reddere populis maturarent. Atque utinam, Dei miserentis beneficio, fiat, ut, quem Angeli in ortu Divini hominum Redemptoris faustum cecinere nuntium, idem, ineuntibus Nobis vicarium Ipsius munus, celeriter insonet: *In terra pax hominibus bonae voluntatis* [1]). Audiant Nos ii, rogamus, quorum in manibus fortuna civitatum sita est. Aliae profecto adsunt viae, rationes aliae, quibus, si qua sunt violata iura, sarciri possint. Has, positis interim armis, bona experiantur fide animisque volentibus. Ipsorum Nos universarumque gentium amore impulsi, nulla Nostra causa, sic loquimur. Ne sinant igitur hanc amici et patris vocem in irritum cadere.

At vero, non solum huius cruenti dimicatio belli misserrimos habet populos, Nosque anxios et sollicitos. Alterum est, in ipsis medullis humanae societatis inhaerens, furiale malum; idque omnibus, quiqumque sapiunt, est formidini, utpote quod, cum alia iam attulerit et allaturum sit detrimenta civitatibus, tum huius luctuosissimi belli semen iure habeatur. Etenim ex quo christianae sapientiae praecepta atque instituta observari desita sunt in disciplina rei publicae, cum stabilitatem tranquillitatemque ordinis illa ipsa continerent, necessario nutare funditus coeperunt civitates, ac talis et mentium conversio et morum demutatio consecuta est, ut, nisi Deus mature adiuvet, impendere iam humanae consortionis vi-

[1]) Luc. II, 14.

бличних, щоби маючи згляд на тілько пролятих вже сліз і крови, чимскорше подали народам блаженні плоди мира. І дав би милосердний Господь, щоби весела благовість, яку сьпівали Ангели при народженю Божественного Відкупителя роду людского, чим скорше зазвеніла і на початку обнятя Уряду Єго Намісником: „на землѝ мíрѣ во человѣцѣхъ бл҃говолéніе“ [1]). Коби послухали нашої просьби ті, в котрих руках лежить судьба держав. Є з певностию иньші средства і способи полагодженя покривджених прав. Нехайже відложивши оружиє, тих способів ужиють з щирою і доброю волею. До них самих ведені любовию і до всїх народів а не власним інтересом, так відзиваємо ся. Нехай не допустять, щоби даром прогомонїв сей приятельский і вітцївский голос.

Однак не лише розправа сеї кровавої війни, кидає в найбільшу нужду народи, а нас тревогою і журою переймає. Є иньше страшне зло, яке ґнїздить ся в самім ядрі людскої суспільности; єго повинні всї мудрі люди жахатись, бо воно принесло вже і єще принесе нові шкоди для народів і справедливо уважаєсь посївом сеї погубної війни. Від коли бо зачало ся нехтувати в публичнім зарядї заповіди і прикази християньскої мудрости, які запевняли трівкий спокій, від тогди мусїли зачати хитатись основи держав і така наступила зміна в способі думаня і поступованя, що здаєсь, єсли Господь Бог заздалегідь не запобіжить, наступить загибель роду людского. І так видимо: між людьми

[1]) Лук. II, 14.

deatur exitium. Itaque haec cernimus: abesse ab hominum cum hominibus coniunctione benevolentiam mutuam; despicatui haberi eorum qui praesunt, auctoritatem; ordines cum ordinibus civium iniuriose contendere; fluxa et caduca ita sitienter appeti bona, quasi non alia sint, eaque multo potiora, homini proposita ad comparandum. His quidem quatuor capitibus causas totidem contineri arbitramur, cur societas humani generis adeo graviter perturbetur. Danda igitur communiter est opera, ut pellantur e medio, christianis nimirum principiis revocandis, si vere consilium est pacare communes res recteque componere.

Ac primum Christus Dominus, cum hanc ipsam ob causam de caelis descendisset, ut, quod invidia diaboli eversum fuerat, restitueret in hominibus regnum pacis, non alio illud voluit niti fundamento, nisi caritatis. Quare haec saepius: *Mandatum novum do vobis; ut diligatis invicem*[1]); *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem*[2]); *Haec mando vobis, ut diligatis invicem*[3]): tamquam si unum hoc suum esset officium et munus, adducere homines ut diligerent inter se. Atque huius rei gratia, quod non adhibuit argumentorum genus? Suspicere in caelum nos omnes iubet: *Unus est enim Pater vester qui in caelis est*[4]). Omnes, nullo nationis aut linguae aut rationum discrimine, eandem docet formulam precandi: *Pater Noster qui es in caelis*[5]); quin etiam affirmat Patrem caelestem, in beneficiis natu-

[1]) Ioan. XIII, 34.
[2]) Ioan. XV, 12.
[3]) Ioan. XV, 17.
[4]) Matth. XXIII, 9.
[5]) Matth. XVI, 9.

брак взаїмної жичливости; всякий авторитет власти понижений; верстви суспільности взаїмно з кривдою поборюють ся; жажда гоненя за змінними і сuєтними добрами, немовби ніяких иньших, далеко благороднїйших, для серця людского не було. В тих чотирох жерелах видимо всю причину тяжкої заверухи родини людскої. Треба їх отже спільними силами усунути, через звернене ся до засад християньских, єсли дїйсно хоче ся щиро і справедливо завести лад в публичних справах.

Що до першої причини, то Ісус Христос, зійшовши з неба власне для приверненя мира між людьми, який діявол з зависти заколотив, не на иньшій хотїв основі єго оперти, лиш на основі любови. Тому то часто повтаряв: **Заповѣдь новую даю вамъ, да любите другъ друга.**[1]) „**Сія єсть заповѣдь моя, да любите другъ друга**“.[2]) **Сія заповѣдаю вамъ, да любите другъ друга**[3]): немовби одиноким Єго обовязком і завданєм було привести людей до взаїмної любови. І яких до сего не ужив доказів? Всїм нам каже глядїти на небо: „**Єдинъ бо єсть Отецъ вашъ, иже на небесѣхъ.**[4]) Всїх, без ріжниці народностий, бесїд і образованя учить одної і тої самої формулки молитви: „**Отче нашъ иже єси на небесѣхъ**“[5]) а навіть голосить, що Отець небесний в роздаваню дібр природних не зважає на заслуги поодиноких осіб: „**Яко солнце**

[1]) Іоан. XIII, 34.
[2]) Іоан. XV, 12.
[3]) Іоан. XV, 17.
[4]) Мат. XXIII, 9.
[5]) Мат. XVI, 9.

rae dilargiendis, ne merita quidem singulorum discernere: *Qui solem suum oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos et iniustos* [1]). Fratres etiam nos tum dicit inter nos esse, tum suos appellat: *Omnes autem vos fratres estis* [2]); *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus* [3]). Quod vero ad fraternum amorem excitandum, vel erga eos quos naturae superbia contemnit, valet plurimum, in infimo quoque suae ipsae vult agnosci personae dignitatem: *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis* [4]). Quid, quod sub exitum vitae impensissime rogavit Patrem, ut quotquot in se ipsum essent credituri, omnes caritatis copulatione essent unum? *Sicut tu Pater in me, et ego in te* [5]). Denique e cruce pendens, suum sanguinem in nos omnes exhausit, unde quasi coagulati compactique in unum corpus, sic amaremus inter nos, quemadmodum inter membra eiusdem corporis summa amicitia est. — Verum longe aliter se habent mores horum temporum. Numquam fortasse fraternitatis humanae tanta fuit, quanta hodie, praedicatio; quin immo non dubitant, Evangelii voce neglecta, operaque Christi et Ecclesiae posthabita, hoc fraternitatis studium efferre, tamquam unum e maximis muneribus, quae huius aetatis humanitas pepererit. Re tamen vera, numquam minus fraterne actum est inter homines, quam nunc. Crudelissima ob dissimilitudines generis sunt odia; gentem a gente potius simultates, quam regiones separant; eadem

[1]) Matth. V, 45.
[2]) Matth. XXIII, 8.
[3]) Rom. VIII, 29.
[4]) Matth. XXV, 40.
[5]) Ioan. XVII, 21.

своѐ сі́ѧетъ на злы́ѧ и҆ бл҃гїѧ и҆ дождитъ на пра҃дныѧ и҆ на непра́ведныѧ". [1]) Називає нас братями між собою і своїми братями: „Всѝ же вы̀ бра̀тїѧ є҆стѐ;" [2]). „Ꙗ҆́кѡ бы̀ти є҆мꙋ̀ перворо̀динꙋ во мно́гихъ бра́тїѧхъ". [3]) А для збудженя любови навіть до тих, котрими гордість людска помітує, каже в найнизшім узнавати гідність Єго власної особи: „поне́же сотвори́сте є҆дѝномꙋ си́хъ бра́тїй мои́хъ ме́ншихъ, мнѣ̀ сотвори́сте [4])." А щож сказати о тім, як при склоні житя свого умильно благав Отця, щоби всї Єго ісповідники були одно в союзї любови? „Да всѝ є҆ди́но бꙋ́дꙋтъ, ꙗ҆̀коже Ты̀ Ѻ҆́ч҃е во мнѣ̀, и҆ а҆́зъ въ Тебѣ̀". [5]) Вкінци, висячи на кресті, на всїх нас зілляв Кров свою, щоби ми нею неначе вузлом злучені в одно тїло, любились так згідно, як приязно відносять ся до себе члени одного і того самого орґанїзму. Але якже відмінно представляють ся відносини теперішнього часу? Може нїколи тілько не славилось людского братерства — що нинї — що більше з поминенєм Евангелия, дїл Христа і Церкви, голосить ся на всї заставки, що стремлїнє до загального братерства се один з найбільших здобутків людства сего часу. В дїйсности однак, може нїколи меньше братерства не було міжь людьми що тепер. Найзавзятїйша н е н а в и с т ь з причини ріжиниць народних; нарід від народа дїлить радше ворожнеча, чим віддаленє; в тїй самій державі, в одних і тих самих мурах кипить зависть верстви до верстаи суспільности;

[1]) Мат. V, 45.
[2]) Мат. XXIII, 8.
[3]) Рим. VIII, 29.
[4]) Мат. XXV, 40,
[5]) Іоан. XVII, 21.

in civitate, eadem intra moenia flagrant mutua invidia ordines civium; inter privatos autem omnia amore sui, tamquam suprema lege, diriguntur.

Videtis, venerabiles Fratres, quam necesse sit omni studio eniti, ut Iesu Christi caritas rursus in hominibus dominetur. Hoc certe semper Nobis propositum habituri sumus, velut proprium Nostri Pontificatus opus; hoc ipsum studete vos, hortamur. Ne desistamus vel inculcare auribus hominum vel re praestare illud Ioannis: *Diligamus alterutrum*[1]). Praeclara certe, valdeque commendanta sunt illa, quibus haec aetas abundat beneficentiae causa institutis; at enim, si quid ad veram Dei et aliorum caritatem in animis fovendam conferant, tum demum solidae utilitatis sunt: quod si nihil eo conferant, nulla sunt: nam *qui non diligit, manet in morte*[2]).

Alteram diximus communis perturbationis causam in eo consistere, quod iam non sancta vulgo sit eorum qui cum potestate praesunt, auctoritas. Ex quo enim placuit omnis humanae potestatis non a Deo, rerum conditore et dominatore, sed a libera hominum voluntate deducere originem, vincula officii, quae eos inter qui praesunt et qui subsunt, intercedere debeant, adeo extenuata sunt, ut propemodum evanuisse videantur. Immodicum enim studium libertatis cum contumacia coniunctum, paulatim usquequaque pervasit; idque ne domesticam quidem societatem, cuius potestatem luce clarius est a natura proficisci, intactam reliquit; quin etiam, quod magis dolendum est, in sacros usque recessus penetravit. Hinc

[1]) I Ioan. III, 23.
[2]) Ibid. 14.

а між приватними найвисшою нормою всего еґоїзм.

Видите отже, Всечеснійші Братя, як усильно старатись треба, щоби знова людьми заволоділа любов християньска. Се буде Нашою журбою, неначе ділом Нашому Понтифікатови властивим, то нехай буде і Вашим, взиваємо. Не переставаймо словом і ділом вбивати в уха людий слова сьв. Іоанна: „да любимъ другъ друга“.[1]) Признати треба без сумнїву, що много є порученя гідних добродійних інституций в нашій добі, але лиш тодї будуть вони правдиво хосенними, єсли причинять ся до плеканя в душах любови Бога і ближнього, бо: „не любяй брата, пребываетъ въ смерти.“[2])

Другою, сказалисьмо, причиною загального замішаня, є нешановане загалом авторитету у тих, що держуть власть. Від коли людям сподобалось початок всякої людскої власти виводити не від Господа, Творця і Вседержителя, але від свобідної волї людей, від тодї, так звільнились узи зобовязань, які мають лучити настоятелїв з їх підчиненими, що майже здаєсь, цїлком розвязались. З часом гонене надмірне за свободою, получене з упертостию, всьо огорнуло, не поминуло навіть кружка родинного, в якім власть очевидно бере початок з самої природи, а що найприкрійше вдерлось навіть в сьвяті уєдинені місця. Звідси погорда власти; звідси забуреня мас; звідси зухвала критика вся-

[1]) I Іоан. III, 23.
[2]) Ibid. 14.

contemptio nascitur legum; hinc motus multitudinum; hinc petulantia reprehendendi quidquid iussum sit; hinc sexcentae repertae viae ad disciplinae nervos elidendos; hinc immania illorum facinora, qui, quum se nulla teneri lege profiteantur, ne fortunas hominum verentur nec vitam perdere.

Ad hanc opinandi agendique pravitatem, qua societatis humanae constitutio pervertitur, Nobis quidem, quibus magisterium veritatis divinitus mandatum est, tacere non licet; populosque admonemus illius doctrinae, quam nulla hominum placita mutare possunt: *Non est potestas nisi a Deo, quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt*[1]. Quisquis igitur inter homines praeest, sive is princeps est sive infra principatum, eius divina est origo auctoritatis. Quare Paulus non quovis modo, sed religiose, id est ex conscientae officio, obtemperandum iis esse edicit, qui pro potestate iubent, nisi quid iubeant divinis contrarium legibus; *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter constientiam*[2] Congruit cum verbis Pauli, quod ipse Apostolorum Princeps docet: *Subiecti igitur estote omni humanae creaturae propter Deum: sive regi, quasi praecellenti: sive ducibus, tamquam ab eo missis...*[3] Ex quo idem gentium Apostolus colligit, eum qui homini legitime imperanti contumax obsistat, Deo obsistere ac sempiternas sibi parare poenas: *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinaiioni resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*[4].

[1] Rom XIII, 1.
[2] Ibid 5.
[3] I. Petr. II, 13—14.
[4] Rom XIII, 2.

кого розпорядженя; звідси тисячні способи ломленя пружин карности; звітси страшні беззаконня тих, які проголошуючись свобідними від всякого закона, не жахають ся нищити майно і житє людске.

На таке звихненє в думаню і поступованю, від котрого хитаєсь основа порядку суспільного, не годить ся дивитись мовчки Нам, котрим є поручений самим Господом урядучити істину; пригадуємо проте народам науку, якої не можуть змінити ніякі людскі уподобаня: „**Нѣсть бо власть аще не ѿ Бга, сущыя же власти ѿ Бга учинены суть**".[1] Хто будь отже має над людьми власть чи володаря чи иньшу від него, від Господа Бога єї має. Тому Павло приказує не як будь слухати власти, але з побожности, то є з почутя совісти, хиба би розказ був противний правам Божим: „**Тѣмже потреба повиноватися не токмо за гнѣвъ но и за совѣсть**[2]). З тими словами Павла сходять ся слова самого Князя Апостолів: „**Повинитеся убо всякому человѣчу созданію Гда ради: аще царю яко преобладающу: аще (ли) же князем, яко ѿ него посланным**[3])..." З того заключає Апостол народів, що той, хто противить ся зухвало законній власти, Господу Богу противить ся, і вічну готовить собі кару: „**Тѣмже противляйся власти Бжію повелѣнію противляется: противляющіися же себѣ грѣхъ пріемлютъ**[4]).

[1] Рим. XIII, 1.
[2] Ibid. 5.
[3] I. Петр. II, 13—14.
[4] Рим. XIII, 2.

Meminerint hoc principes rectoresque populorum, ac videant num prudens ac salutare consilium cum potestati publicae tum civitatibus sit a sancta Iesu Christi religione discedere, a qua tantum ipsa potestas habet roboris et firmamenti. Etiam atque etiam considerent, num doctrinam Evangelii et Ecclesiae velle a disciplina civitatis, a publica iuventutis institutione exclusam, civilis sapientiae sit. Nimis experiendo cognitum est, ibi hominum iacere auctoritatem, unde exulet religio. Quod enim primo nostri generis parenti, cum officium deseruisset, contigit, idem civitatibus usu venire solet. Ut in illo, vix voluntas a Deo defecerat, effrenatae cupidines voluntatis repudiarunt imperium: ita ubi qui res moderantur populorum, divinam contemnunt anctoritatem, ipsorum auctoritati illudere populi consueverunt. Relinquitur sane, quod assolet, ut ad turbidos motus comprimendos vis adhibeatur: sed quo tandem fructu? Vi corpora quidem, non animi comprimuntur.

Sublata igitur aut debilitata illa duplici coniunctione, unde efficitur ut omne societatis corpus cohaereat, id est vel membrorum cum membris ob caritatem mutuam, vel eorundem cum capite ob auctoritatis obsequium, quisnam iure miretur, venerabiles Fratres, hanc hominum societatem dispertitam in duas tamquam acies videri, quae inter se acriter et assidue digladientur? Stant contra eos, quibus aliquam bonorum copiam aut fortuna tribuit aut peperit industria, proletarii et opifices, propterea flagrantes malevolentia, quod cum eandem naturam participent, non tamen in eadem, ac ipsi, conditione

Нехай памятають о сім князї і управителї народів і нехай видять, чи розсудна се і спасенна річ, так для власти публичної, як і для держав, відступати від релїґії Христової, котра тілько сили і заборола дає самій власти. Проте нехай раз і другий раз розважуть, чи мудра се полїтика відривати науку Евангелия і Церкви від образованя суспільности, виключати єї з публичного виховуваня молодежи. Аж надто учить досьвід, що упадає авторитет людский там, де прогнана релїґія. Що стало ся з першим отцем нашого роду, коли скинув з себе обовязок послуху, то дїє ся і з державами. Як у него, скоро лиш воля єго відпала від Господа Бога, шалені пристрасти волї відмовили послуху, так відкидають народи власть тих, що з себе скинули авторитет Господа Бога. Вправдї уживає ся тодї — як звичайно насильства — для стлумленя бурливої анархиї, що хапає ся за оружіє, але з яким успіхом? Насильством дусить ся лиш тїло, а не духа.

Скоро отже знесена або ослаблена та обопільна злука любови між членами самими, або членів з властию через підчиненє ся їй, яка с п о ю є кожду суспільність в один орґанїзм, — то чи дивувати ся, Всечестнїйші Братя, єсли видимо цїлу людскість подїлену неначе на два табори, котрі завзято і жорстоко взаїмно поборюють ся? Проти тих, котрі мають якесь майно або через одїдиченє, або через власну запопадливість, в и с т у п а ю т ь бездомні і робітники з заїлою завистию тому, що не в одних знаходять ся услівях, хоть одну і ту саму мають з тамтими природу. Перенятих фалши-

versentur. Scilicet, ut semel infatuati sunt concitatorum fallaciis, quorum ad nutum solent se totos fingere, quis eis persuadeat, non ex eo, quod homines sunt pares natura, sequi ut parem omnes obtinere debeant in communitate locum, sed eam esse singulorum conditionem, quam sibi quisque suis moribus, nisi res obstiterint, comparavit? Ita, qui tenuiores cum copiosis depugnant, buasi alienas hi bonorum partes occuparint, non contra iustitiam caritatemque tantum, verum etiam contra rationem faciunt, praesertim cum et ipsi possint honesta laboris contentione meliorem sibi fortunam quaerere, si velint. Quae vero quantaque hoc invidiosum certamen ordinum tum singulis tum communitati civium gignat incommoda, dicere nil attinet. Videmus omnes deploramusque crebras cessationes ab opere, quibus civilis publicaeque vitae cursus in ministeriis etiam apprimae necessariis repente inhiberi solet: item minaces turbas et tumultus, in quibus non raro accidit, ut armis res geratur et humanus effluat cruor.

Non hic videtur Nobis argumenta repetere, quibus *Socialistarum* aliorumque in hoc genere errores manifesto convincuntur. Egicit hoc ipsum sapientissime Leo XIII decessor Noster in Encyclicis Litteris sane memorandis: vosque, venerabiles Fratres, pro vestra diligentia curabitis, ut gravissima illa praecepta, ne unquam oblivioni dentur, immo in consociationibus ac coetibus catholicorum, in sacris concionibus, in publicis nostrorum scriptis illustrentur docte atque inculcentur, quandocumque res postulaverit. Sed potissimum — neque enim hoc iterare dubitamus — omni argumentorum ope, quae

вими обіцянками аґітаторів, яким сліпо підлягають на кождий їх зазив, хто переконає, що не конечно з тожсамости природи людскої слїдує, щоби всї люди мали рівне становище, але кождий таке має, на яке сам собі запрацював, — о скілько щось не перешкодило? — І так бідні, які борють ся з маючими, неначеби ті чуже добро заграбили, не лише грішать проти справедливости і любови, але і проти розуму, бо і вони, єсли хочуть, можуть чесною працею поправити свій добробит. А кілько клопотів для одиниць і загалу пливе з тої зависної борби кляс, не треба і говорити. Всї видимо і оплакуємо часте безробітє, яке нечаянно гамує біг приватного і публичного житя, навіть в найконечнїйших урядженях; рівнож видимо грізні маси і замішаня, в яких нераз хапає ся за оружиє і ліє ся людска кров.

Не ту місце, думаємо, повторяти докази проти блудів соціялїстів і иньших їм подібних. Здїлав се основно Наш попередник, Лев XIII. в пропамятній Енциклїцї; Вашим старанєм, Всечеснїйші Братя, буде, недопустити, щоби колись в забутє пішли ті так важні вказівки, але противно, щоби на зібранях і в кружках католицких, в проповідях і в публичних видавництвах наших, наукою їх обяснювано і — після потреби — пригадувано. А передовсїм — що уважаємо за злишне повтаряти — стараймо ся заохочувати всякого рода доказами з Евангелия, з самої природи людскої, з огля-

vel Evangelium, vel ipsa hominis natura, vel publicae privataeque disciplinae ratio suppeditat, studeamus hortari omnes, ut ex divina caritatis lege, fraternis animis inter se diligant. Cuius quidem amoris non ea certe vis est, ut conditionum ideoque ordinum distinctionem amoveat, — quod non magis potest fieri, quam ut in corpore animantis una eademque membrorum omnium actio sit ac dignitas — sed tamen efficiet, ut qui loco superiores sunt, demittant se quodammodo ad inferiores; et non solum iuste adversus eos, quod par est, sed benigne, comiter, patienter sese gerant: hi autem illorum et laetentur prosperitate et confidant auxiiio; sic prorsus, uti ex familiae eiusdem filiis minor natu maioris patrocinio praesidioque nititur.

At enim, venerabiles Fratres, quae hactenus deplorando persecuti sumus, ea radicem habent altiorem: ac, nisi, ad ipsam evellendam studia bonorum incumbant, illud profecto, quod est in votis, id est rerum humanarum stabilis et mansura tranquillitas, non sequatur. Ea quae sit monstrat Apostolus: *Radix... omnium malorum est cupiditas*[1]). Etenim, si quis recte consideret, mala, quibus nunc aegrotat humana societas, ex hac stirpe oriuntur omnia. Quandoquidem et perversitate scholarum, quibus aetatula cerea fingitur, et improbitate scriptorum, quibus quotidie aut per intervalla, imperitae multitudinis mens formatur, et aliarum causa rerum ad quas opinio exigitur, quando inquimus, ille infusus et animis perniciosissimus, error, non sperandum esse homini sempiternum aevum in quo beatus sit; hic,

¹) 1 Tim. VI, 10.

ду на публичне і приватне добро, щоби всї в мисль божественного закона любови, по братньому любили ся. Та любов, розуміє ся, не зносить ріжниці суспільности становища і кляс — сего не можливо усунути, так як неможливо, щоби в живім орґанїзмі була однакова праця гідність всїх членів — але спричинить, що висше поставлені знижуть ся до нисших і не лише справедливо будуть до них відносити ся, — як се належить ся — але і жичливо, ласкаво і терпеливо: а ті будуть тїшитись їх щастєм і їх помочи довіряти; і буде так, як в родинї, де молодший брат опирає ся на покрові і помочи старшого.

Однак, Всечеснїйші Братя, оплаканий стан, який до тепер представилисьмо, має єще глибшу причину, і єсли до єї усуненя не возмуть ся всї щирі люди, то напевно не наступить пожаданий, сталий і тревалий спокій в відносинах людских. Сю причину вказує Апостол: „Ко́рень бо всѣ́мъ злы́мъ сребролю́біе є҆сть“.[1]) І дїйсно, єсли хто як слїд застановить ся, то видить, що всї струпи, якими тепер обложена людскість, з того жерела походять. Коли бо і зїпсута школа, в яких формує ся мягонький як віск вік молодечий, і здеправовані видавництва, які щоденно або в певних відступах уроблюють духа недосьвідчених мас, і иньші єще чинники, коли, повтаряємо, вщіплюють в уми погубний блуд, що чоловік не має надїятись щастя в вічности, але ту може бути щасливий через

¹) І Тімот. VI, 10.

hic licere ei esse beato, divitiis honoribus voluptatibus huius vitae fruendis; nemo mirabitur hos homines, natura factos ad beatitatem, ea vi, qua ad eorum adeptionem bonorum rapiuntur, eadem quidquid sibi moram in hac re aut impendimetum fecerit, repellere. Quoniam vero haec bona non aeqaliter dispentita sunt in singulos, et quia socialis auctoritatis est prohibere ne singolorum libertas fines excedat alienumque occupet, idcirco et odio habetur auctoritas, et miserorum in fortunatos ardet invidia, et inter ordines civium mutua contentione certatur, nitentibus quidem aliis attingere id quovis pacto et eripere quo carent, aliis autem retinere quod habent, atque etiam augere.

Hoc ipsum Christus Dominus, cum prospiceret futurum, in divinissimo illo sermone, quem in monte habuit, terrestres hominis *beatitudines* quae essent, data opera explicavit: in quo christianae philosophiae quodammodo fundamenta posuisse dicendus est. Quae quidem vel hominibus perquam alienis a Fide, singularem sapientiam et absolutissimam de religione ac moribus doctrinam continere visa sunt: et certe consentiunt omnes neminem ante Christum, qui ipsa est veritas, nec similiter eadem de re, nec pari gravitate ac pondere, nec tanto cum sensu amoris unquam praecepisse.

Iam divinae huius philosopiae illa intima et recondita ratio est, quod quae mortalis vitae appelantur bona, speciem quidem boni habent, vim non habent; ideoque non sunt ea, quibus fruens, homo beate possit vivere. Deo enim auctore, tantum abest ut opes, gloria, voluptas beatitatem afferant homini, ut, si vere hac

уживанє богатств, достоїньств і розкоший, то нїчо дивного, що люди з природи сотворені до щастя, з тою самою силою, з якою рвуть ся до осягненя тих дібр, відкидають всьо, що тому стоїть на перешкоді. А позаяк ті добра не рівномірно суть розділені на поодиноких людий і позаяк до власти публичної належить не допускати до того, щоби свобода одиниць не переступала границї і не заграбувала чужого добра, тому сама є зненавидженою і убогі горять завистию до богатих і взаїмна кипить борба між клясами суспільности; одні хочуть за всяку цїну осягнути силою те, чого не мають, — а другі затримати те, що мають і еще побільшити.

Се всьо предвиджуючи, Христос Господь в тій божественній бесїдї нагорній, нарочно научив, в чім лежить земске щастє чоловіка і в ню вложив неначе основу християньскої мудрости. Навіть люди ворожі вірі видять в нїй особливу мудрість і повну науку релїгії і обичаїв; і всї без виїмку годять ся, що перед Христом, який є самою Істиною нїхто так в тих річах не учив, анї з такою повагою і авторитетом, анї з таким чувством любови.

Ядром і сутею тої божественної мудрости є те, що добра дочасні суть лише позірними добрами а не дїйсними, і тому чоловік в їх уживаню не може мати щастя. За Божим зарядженєм богацтва, слава; розкоші, так далекими суть від правдивого щастя, що хто хоче бути правдиво щасливим, мусить їх ради

potiri velit, debeat iis omnibus, Dei ipsius causa, carere: *Beati pauperes... Beati, qui nunc fletis.. Beati eritis cum vos oderint homines, et cum separaverint vos, et exprobraverint, et eiecerint nomen vestrum tamquam malum*[1]). Scilicet per dolores, aerumnas, miserias vitae huius, si quidem ea toleramus, ut oportet, aditum nobis ipsi patefacimus ad perfecta illa et immortalia bona, *quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum*[2]). Verum haec tanti momenti doctrina Fidei apud plurimos negligitur apud multos penitus obliterata videtur. Atqui necesse est, venerabiles Fratres, ad eam renovari omnium animos: non alio pacto homines et hominum societas conquiescent. Quicumque igitur quovis aerumnarum genere afliguntur, eos hortemur non oculos demittere in terram, qua peregrinamur, sed tollere ad caelum, quo tendimus: *non enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*[3]). In mediis autem rerum acerbitatibus, quibus eorum periclitatur Deus in officio constantiam, saepe reputent, quid sibi paratum sit praemii, cum ex hoc periculo victores evaserint: *Id enim, quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimate aeternum gloriae pondus operatur in nobis*[4]). Denique omni ope atque opera eniti ut revirescat in hominibus rerum fides quae supra naturam sunt, simulque cultus desideratio, spes bonorum aeternorum hoc debet esse vobis propositum in primis, venerabiles Fratres, tum reliquo clero, tum etiam nostris omnibus, qui vario conso-

[1]) Luc. VI, 20 22.
[2]) I Cor. II, 9.
[3]) Hebr. XIII, 14.
[4]) II Cor. IV, 17.

Бога виречи ся: „Бл҃жє́ни ни́щїи дꙋ́хомъ... Бл҃жє́ни пла́чꙋщїи ны́нѣ... Бл҃же́ни бꙋ́дєтє, є҆гда̀ возненави́дѧтъ васъ человѣ́цы, и҆ є҆гда̀ разлꙋ́чатъ вы̀ и҆ поно́сѧтъ и҆ пронесꙋ́тъ и҆́мѧ ва́ше ꙗ҆́кѡ зло̀.“[1]) То значить, належите зношенє болїв, терпінь, нужд сего житя, отвирає нам приступ до совершенних і безсмертних дібр: „Ꙗ҆̀же ᲂу҆гото́ва Бг҃ъ лю́бѧщымъ є҆го́.“[2]) Однак сю так важну науку віри нинї ігнорують, нинї о нїй цїлком забувають. Отже, конечним є, Всечеснїйші Братя, відновити нею духа всїх, иньшої дороги до успокоєня людий і суспільности нема. Кождого, кого давить яканебудь недоля, заохочуймо, не звертати очий до землї, по якій подорожуємо, але взносити на небо, де прямуємо: „не и҆́мамы бо здѣ̀ пребыва́ющагѡ гра́да, но грѧдꙋ́щагѡ взыскꙋ́емъ.“[3]) Серед якої гіркої судьби Господь досьвідчає їх постійність в службі, нехай часто розважуть, яка чекає їх нагорода, єсли вийдуть побідоносні з тої пебезпеки: „Є҆́же бо ны́нѣ ле́гкое печа́ли на́шеѧ по преꙋмноже́нїю въ преспѣѧ́нїе тѧготꙋ̀ вѣ́чныѧ сла́вы содѣ́ловаетъ на́мъ.“[4]) Вкінци з цїлим трудом і усилєм працювати треба, щоби знова в людех зацвила віра в сьвіт надприродний, а також пошана, жажда і надїя дібр вічних, і се нехай буде головним Вашим старанєм, Всечеснїйші Братя, а рівнож цїлого клєру і всїх наших синів, котрі зорґанізовані по ріжних товариствах, працюють над славою Божою і над правдивим загальним добром. В міру як у людей буде рости віра, зменьшать ся неумірковане гоненє за суєтними до-

[1]) Лука VI, 20—22.
[2]) I Кор. II, 9.
[3]) Евр. XIII, 14.
[4]) II Кор. IV, 17.

ciati foedere, Dei gloriam communeque veri nominis utilitatem student promovere. Prout enim haec apud homines Fides creverit, decrescet eorundem studium immodicum consectandi terrestrium bonorum vanitatem, ac sensim, caritate resurgente motus contentionesque sociales conticescent.

Nunc autem, si ab hominum communitate ad proprias Ecclesiae res considerandas cogitationem convertimus, est profecto, cur animus Noster, tam magna temporum calamitate percussus, aliqua saltem ex parte reficiatur. Nam praeter argumenta, quae se dant apertissima, divinae illius virtutis ac firmitatis qua pollet Ecclesia, non parum consolationis ipsa Nobis offerunt, quae decessor Noster Pius X. cum sedem Apostolicam sanctissimae vitae exemplis illustrasset, praeclara Nobis reliquit suae actuosae providentiae munera. Videmus enim eius opera inflammatum universe in sacro ordine studium religionis: excitatam christiani populi pietatem; promotam in consociationibus catholicorum actionem ac disciplinam; qua constitutas qua numero auctas Episcoporum sedes; institutioni adolescentis cleri tum pro severitate canonum, tum, quoad opus est, pro natura temporum consultum; magisteriis sacrarum disciplinarum depulsa temerariae novitatis pericula; maiestati sacrorum artem musicam digne servire iussam: actumque liturgiae decus; novis praeconum Evangelii missionibus christianum late nomen propagatum.

Magna sunt ista quidem Decessoris in Ecclesiam promerita, quorum memoriam grate posteritas conservabit. Quo-

брами дочасними і помало, коли воскресне любов, замовкнуть забуреня і борби суспільні.

А тепер, коли від загальних справ, звернемо гадку на справи стисло церковні, то певно серце наше, зболїле розважанєм величезних нещасть теперішної хвилї, хоть в части дізнасть пільги; бо крім, як сонце ясних, доказів божественної сили і кріпости Церкви, не мало потїхи несе Нам успіх Божим Провидінієм веденої, дїяльности Нашого Попередника, Пія X., котрий примірами свого сьвятого житя окрасив Апостольску Столицю. Видимо, як за Єго старанєм, розгорілось всюди між духовними стремлїнє до ревности релїґійної; як розбудилась побожність у народа християньского; як розвинулась дїяльність і карність в товариствах католицких; кілько новооснованих і помножених в ріжних місцевостях престолів Епископських; як постаралось о образованє молодого клєру згідно з серіозностию сьв. канонів і по можности і з вимогами часу; як з катедр богословия прогнано небезпеку очайдушних новостий; як зреформовано музику для піднесеня маєстату богослужень; як піднеслась краса обрядів лїтурґічних; як далеко понеслось імя християнске через нових Апостолів Евангелия.

Великі се заслуги Попередника для Церкви і з вдячностню о них памятати будуть грядучі поколїня. Однак нива Отця

niam tamen ager *Patris familias* semper, Deo permittente, *inimici hominis* malignitati patet, nunquam est futurum, ut ibi elaborandum non sit, ne *zizania* luxuriantia bonis frugibus officiant. Itaque, interpretantes dictum quoque Nobis, quod prophetae Deus dixerat: *Ecce constitui te hodie super gentes et super regna, ut evellas et destruas... et aedifices et plantes*[1]), quaecumque erunt mala prohibenda, bona provehenda, quantum erit in Nobis, summo usque studio curabimus, quoad Pastorum Principi rationem a Nobis administrati muneris placeat repetere.

Iam nunc igitur, venerabiles Fratres, cum vos universos primo litteris affamur, commodum videtur Nobis nonnula attingere capita rerum, quibus praecipuas quasdam curas adhibere decrevimus: ita maturantibus vobis vestra opera adiuvare Nostram, maturius etiam optati fructus existent.

Principio, quoniam in omni hominum societate, quavis de causa coiverint, ad successum communis causae maximae interest socios in idem summa conspiratione conniti, omnino Nobis faciendum est, ut dissensiones atque discordiae inter catholicos, quaecumque sunt, desinant esse, novae ne posthac oriantur, sed ii iam unum idem omnes et sentiant et agant. — Probe Dei Ecclesiaeque hostes intelligunt, nostorum quodvis in propugnando dissidium sibi esse victoriae: quare illam habent usitatissimam rationem ut cum catholicos homines viderint coniunctiores, tum, callide iniicientes eis discordiarum semina, coniunctionem diri-

[1]) Ierem. I, 10.

родини, за допустом Божим, є все виставлена на злобу ворога людского, тому все треба буде на нїй трудити ся, щоби кукіль не заглушив добрих овочів. Проте відносячи і до себе слова, які Господь. сказав до пророка: „се постави́хъ тѧ̀ дне́сь надъ ꙗ҆зы́ки и҆ надъ ца́рствы, да и҆скорени́ши и҆ разори́ши... и҆ па́ки созижде́ши и҆ насади́ши“ [1]) після змоги Нашої, з найбільшою ревностию, будемо старати ся всяке зло усувати, а все добре попирати, доки не сподобає ся Пастирю Пастирів зажадати від Нас рахунку з повіреного Нам уряду.

Відзиваючись до Вас, Всечеснїйші Братя, сим посланиєм по раз перший, уважаємо за вказане, зазначити Вам деякі головнїйші справи, яким задумуємо посьвятити особливійше своє старанє: тим чином при помочи з Вашої сторони, скорше дочекаємось пожаданих овочів.

Позаяк в кождім людскім товаристві, в якій би цїли воно і не завязувалось, необходима є взаїмна гармонїя членів до осягненя спільної цїли, то мусимо передовсїм доложити всякого стараня, щоби між католиками зникли всякі непорозуміня і незгоди і нових щоби на будуче не було, але щоби у всїх була одна гадка і один спосіб поступованя. — Добре то розуміють вороги Бога і Церкви, що кожде наше роздвоєнє в обороні якоїсь справи, є для них побідою; проте, коли видять католиків між собою згідних, звичайно уживають хитрих способів, щоби посїяти між ними зерно незгоди і старають ся їх розбити. Дав би

[1]) Єрем. I, 10.

mere nitantur. Quae utinam ratio ne ita saepe ex voluntate eis evenisset, tanto cum religiosae rei detrimento! Itaque ubi potestas legitima quid certo praeceperit, memini fas esto negligere praeceptum, propterea quia non probetur sibi: sed quod cuique videatur, id quisque subiiciat eius auctoritati, cui subest, eique ex officii conscientia, pareat. — Item nemo privatus, vel libris diariisve vulgandis vel sermonibus publice habendis, se in Ecclesia pro magistro gerat. Norunt omnes cui sit a Deo magisterium Ecclessiae datum: huic igitur integrum ius esto pro arbitratu loqui, cum voluerit; cetororum officium est, loquenti religiose obsequi dictoque audientes esse. In rebus autem, de quibus, salva fide ac disciplina, — cum Apostolicae Sedis iudicium non intercesserit in utramque partem disputari potest, dicere quid sentiat idque defendere, sane nemini non licet. Seb ab his disputationibus omnis intemperantia sermonis absit, quae graves affere potest offensiones caritati; suam quisque tueatur libere quidem, sed modeste sententiam; nec sibi putet fas esse qui contrariam teneant, eos, hac ipsa tantum causa, vel suspectae fidei arguere vel non bonae disciplinae. Abstineant se etiam nostri, volumus, iis appellationibus, quae recens usurpari coeptae sunt ad catholicos a catholicis distinguendus: easque non modo devitent uti *profanas vocum novitates,* quae nec seritati congruunt nec aequitati; sed etiam quia inde magna inter catholicos perturbatio sequitur, magnaque confusio. Vis et natura catholicae fidei est eiusmodi, ut nihil demi: aut omnis tenetur, aut omnis abiicitur. *Haec et fides ca-*

Бог, щоби та їх метода ніколи не мала для них успіху, з так великою шкодою для релігії! Проте, єсли правна власть що стисло прикаже, нікому не вільно сего іґнорувати тому, що се не по єго гадці, але нехай з обовязку совісти своє мніне підчинить власти і слухає. — Рівнож нехай ніхто приватний ані письмом, ані часописями, ані в публичних бесїдах не виступає яко учитель церкви. Всї знають, кому Господь Бог поручив уряд учителя Церкви: єму отже прислугує ненарушене право забирати голос тодї, коли узнасть за відповідне. В квестиях, які без нарушеня віри і обичаїв — коли Апостольска Столиця єще не рішила — допускають ріжні мніня, можна кождому мати свою гадку і єї боронити. Однак з диспут має бути виключена всяка неумиркованість слів, яка би могла нарушити любов; нехай кождий боронить свого мніня, але умірковано; нехай не гадає, що вільно єму інакше думаючого, з того лиш згляду, підозрівати о чистоту віри або о неслушну карність. Бажаємо також. щоби устали ті назви, які недавно ввійшли в обіг, для відріжненя католиків від католиків. Треба залишити їх не лишень яко нові терміни, котрі не відповідають правдї і справедливости, але єще і тому, що з сего виходять між католиками замішанє і немале забуренє. Чертою і натурою віри католицкої є те, що нічого не можна до неї додати ані нічого відняти: або всьо ся приймає або всьо ся відкидає. „Така єсть віра католицка, котрої єсли хто вірно і кріпко не держить ся, с п а с т и с я н е мо-

tholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit[1]). Non igitur opus est appositis ad professionem catholicam significandam; satis habeat unusquisque ita profiteri: „Christianus mihi nomen, catholicus cognomen“; tantum studeat se re vera eum esse, qui nominatur.

Ceterum, a nostris qui se ad communem rei catholicae utilitatem contulerunt, longe aliud nunc Ecclesia postulat, quam ut diutus haereant in quaestionibus, quibus nihil proficitur; postulat, ut summo opere contendant integram conservare fidem et incolumem ab omni erroris afflatu, sequentes eum maxime, quem Christus constituit custodem et interpretem veritatis. Sunt etiam hodie, nec ita pauci sunt, qui, ut ait Apostolus, *„prurientes auribus, cum sanam doctrinam non sustineant, ad sua desideria coacervent sibi magistros, et a veritate quidem auditum avertant, at fabulas autem convertantur“*[2]). Inflati enim elatique magna opinione mentis humanae, quae progressiones sane incredibiles in exploratione naturae, Deo nimirum dante, fecit; nonnuli, cum prae suo iudicio auctoritatem Ecclesiae contemnerent, usque eo sua temeritate processerunt, ut ipsa Dei arcana et omnia quae Deus homini revelavit, sua intelligendi facultate metiri atque ad ingenium horum temporum accomodare non dubitarent. Itaque existerunt monstruosi errores *Modernismi*, quem recte Decessor Noster *„omnium haereseon collectum“* edixit esse et solemniter condemnavit. Eam Nos igitur condemnationem, venerabiles Fratres, quantacumque

[1]) Symb. Athanas.
[2]) II. Tim. IV, 3, 4.

же[1]). Не треба отже жадних додатків до зазначеня віроісповіданя католицкого; кождому нехай вистарчитьісповідане: „християнин менї імя, католик призвище“; нехай лишень старає ся дїйсно бути тим, чим називає себе.

Впрочім від тих з нас, котрі прислужились загальній справі католицкої віри, Церков вимагає тепер чогось иньшого, а не довгих дебат над квестиями безкорисними, іменно, щоби усильно старали ся о захованє цїлости віри, свобідної від всякого блуду, ідучи в слїд за тим, котрого Ісус поставив сторожем і товмачем істини. Є і нинї і то не мало таких, о котрих говорить Апостол: „бꙋ́детъ бо вре́мѧ, є҆гда̀ здра́вагѡ ᲂу҆че́нїѧ не послꙋ́шаютъ, но по свои́хъ по́хотехъ и҆зберꙋ́тъ себѣ̀ ᲂу҆чи́тели, че́шеми слꙋхомъ: и҆ ѿ и҆́стины слꙋ́хъ ѿвратѧ́тъ и҆ къ ба́снемъ ᲂу҆клонѧ́тсѧ“[2]) Деякі горді і зарозумілі на силу розуму людского, який дїйсно при помочи Божій здїлав величезні поступи в дослїджуваню природи, в імя власного розуму відкидають авторитет Церкви і так далеко посунулись в своїм заслїпленю, що роззухвалились власним розумом мірити самі таїньства Божі і цїле Єго обявленє людем та достроювати їх до духа часу. Звідси зродились дивоглядні блуди модернїзму, які Попередник Наш назвав „змістом всїх єресий“ і торжественно осудив. Се осудженє і Ми, Всечеснїйші Братя, вповнї відновляємо; а що ся заразлива пошесть не цїлком єще стлумлена, але єще ту і там скрито бу-

[1]) Символ сьв. Атаназія.
[2]) II. Тім. IV, 3, 4.

est, hic iteramus; et quoniam non usque quaque oppressa est tam pestifera lues, sed etiamnum hac illac, quamvis latenter, serpit, caveant omnes diligentissime, hortamur, a quavis huius contagione mali; de quo quidem opte affirmaveris quod Iob alia de re dixerat: *Ignis et usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genimina*[1]). — Nec vero tantum ab erroribus catholici homines, cupimus, abhorreant, sed ab ingenio etiam, seu spiritu, ut aiunt, *Modernistarum:* quo spiritu qui agitur, is quidquid sapiat vetustatem, fastidiose respuit, avide autem ubivis nova conquirit: in ratione loquendi de rebus divinis, in celebritate divini cultus, in catholicis institutis, in privata ipsa exercitatione pietatis. Ergo sanctam haberi volumus eam maiorum legem: *Nihil innovetur, nisi quod traditum est;* quae lex tametsi inviolate servanda est in rebus Fidei, tamen ad eius normam dirigenda sunt etiam, quae mutationem pati possunt; quamquam in his ea quoque regula plerumque valet: *Non nova, sed noviter.*

Iam, quia, venerabiles Fratres, ad profitendam aperte Fidem catholicam atque ad vivendum congruenter Fidei, plurimum homines fraternis hortamentis mutuisque exemplis inflammari solent, ideo Nos alias atque alias excitari consociationes catholicorum equidem vehementer gaudemus. Atque illae non solum optamus ut crescant, sed volumus Nostro etiam patrocinio studioque semper floreant: florebunt autem, modo praescriptionibus quas haec Apostolica Sedes iam dedit vel datura eis est, constanter fideliterque

---

[1]) Iob. XXXI, 12.

шує, тому перестерігаємо всїх, щоби береглись як найстараннїйше перед тим злом, до якого можна віднести слова Іова, сказані ним при иньшій нагоді: „Ѻ҃гнь бо є҆́сть горѧ́й на всѧ страны҆ ї҆дѣже на́йдетъ, и҆з̑ъ коре́нїѧ погꙋби́тъ.“ [1]) І не лишень бажаємо собі, щоби всї католики сторонили від тих блудів, але і від самого способу думаня, або, так званого духа модернїстичниго; бо хто ним перенятий, єму всяка давнина осоружна, він жаждою гонить всюди за новостями: в способі говореня о річах Божих, в відправі богослужень, в заведенях католицких, а навіть в приватних практиках релїґійних. Проте хочемо, щоби сьвятим лишив ся закон отців: „Nihil innovetur nisi quod traditum est“, що відносить ся не лише стисло до річий віри, але що повинно бути дороговсказом і в річах змінних, хотя і ту часто має силу реґула: „Non nova, sed noviter“.

А позаяк Всечеснїйші Братя, до явного ісповідуваня віри католицкої і до житя в єї дусї звичайно много причиняє ся братне упімненє і взаємний примір, тому вельми тїшимо ся, що творять ся нові союзи католицкі. І не лише бажаємо собі їх зросту але і цвитучости їх діяльности, при Нашім покрові і опіцї; а будуть вони цвитучими, єсли лишень все вірно буде ся слухати розпоряджень Апостольскої Столицї, які від неї вже вийшли і еще вийдуть. Хто отже є членом тих союзів і боре ся за справу Бо-

---

[1]) Іов. XXXI, 12.

obtemperarint. Quotquot igitur, earum participes societatum, pro Deo Ecclesiaque contendunt, ne sinant unquam sibi excidere quod Sapientia clamat: *Vir obediens loquetur victoriam*[1]); nisi enim Deo paruerint per obsequium in Ecclesiae ducem, nec divinam sibi conciliabunt opem' et frustra contendent.

Ad haec omnia vero — ut eum, quem exspectamus, exitum habeant — nostis, venerabiles Fratres illorum necessarium esse prudentem sedulamque operam, quos Christus Dominus *operarios in messem suam* misit, id est clericorum. — Quare intelligitis praecipuam vestram curam in hoc debere versari, ut et qui apud vos de sacro ordine iam sunt, in eis consentaneam sanctimoniam foveatis, et qui sunt alumni sacrorum, eos optimis institutis praeceptisque ad munus tam sanctum rite conformetis. Id vos ut quam diligentissime facere velitis tametsi vestra diligentia hortatione non indiget-hortamur atque etiam obsecramus. Res enim eiusmodi agitur, ut nulla sit maioris momenti ad Ecclesiae bonum: qua de re, cum decessores Nostri fel. rec. Leo XIII et Pius X egerint data opera, Nos hic plura dicere non habemus. Tantum rogamus, ut illa Pontificum sapientissimorum acta, praesertim Piana *Exhortatio ad Clerum,* suadentibus atque instantibus vobis, ne unquam obruentur oblivione, sed studiosissime observentur.

Unum tamen est, quod praeteriri silentio non debet: quotquot enim sunt sacerdotes, omnes, uti filios Nobis penitus dilectos, volumus admonitos, quam plane

---

[1]) Prov. XXI, 28.

жу і за Церков, нехай ніколи не забуває на слова Мудрости: „**мꙋжъ же послꙋшливъ сохранѧемъ возглаголетъ**“ [1]); бо єсли не буде слухати Господа Бога через підчинене ся Вождови Церкви, не зійде на него благословенє Боже і надармо буде працювати.

Однак щоби те всьо мало пожаданий успіх, то необходима є — як самі се Всечеснїйші Братя знаєте — розсудна і запопадлива праця тих, котрих Христос Господь післав яко женців на жниво своє“ т. є, клєру. Тому зрозумієте, що головним Вашим старанєм має бути підтримуванє у сьвященників відповідної їх званю сьвятости і підготовлюванє питомців до їх уряду, через найчільнїйше вихованє і науку. Хотяй ревність Ваша не потребує напімненя, то однак напоминаємо і заклинаємо, щоби Ви се як найревнїйше схотїли виконати. Розходить ся чейже о справу для Церкви найважнїйшу: проте коли Наші попередники Лев XIII. і Пій X. се вже в свій час порушували, то довше о тїм розводити ся уважаємо за злишне. Лиш просимо Вас, щоби всї ті зарядженя тих мудрих Вселеньских Архиєреїв а передовсїм Пієва „Exhortatio ad clerum“, завдяки Вашим переконуваням і накликуваням, нїколи не забувались, але як найточнїйше виконувались.

Одного єще не можемо мовчанєм поминути, іменно: всїх сьвященників, кілько їх є, яко наших найлюбійших синів, напоминаємо, щоби в інтересї вла-

---

[1]) Прит. Сол. XXI, 28.

opus sit, cum ad propriam ipsorum salutem, tum ad sacri ministerii fructum, eos quidem suo quemque Episcopo coniunctissimos esse, atque obsequentissimos. Profecto ab illa elatione animi et contumacia, quae horum est temporum, non omnes, ut supra deploravimus, vacant administri sacrorum; neque enim raro contingit Pastoribus Ecclesiae, et dolorem et impugnationem inde inveniant, unde solatium et adiumentum iure exspectarint. Iam vero qui tam misere officium deserunt, etiam atque etiam recogitent, divinam esse eorum auctoritatem, quos *Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei*[1]), ac si ut vidimus, Deo resistunt, multo magis impie eos facere, qui Episcopis, quos Deus suae potestatis sigillo consecraverit, parere abnuant. *Cum caritas,* ita Ignatius Martyr, *non sinat me tacere de vobis, propterea anteverti vos admonere ut unanimi sitis in sententia Dei. Etenim Jesus Christus, inseparabilis nostra vita, sententia Patris est, ut et Episcopi, per tractus terrae constituti, in sententia Patris sunt. Unde decet vos in Episcopi sententiam concurrere*[2]). Quemadmodum autem Martyr illustris, ita omnes, quotquot fuerunt, Patres et Doctores Ecclesiae locuti sunt. — Ad haec, nimis grave, propter difficultates quoque temporum, sacri Pastores ferunt onus; graviore etiam in sollicitudine sunt de gregis concrediti salute: *Ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri*[3]). Nonne crudeles dicendi sunt, qui eis, obsequium debitum recusando, id oneris, id sollicitudinis au-

[1]) Act. XX, 28.
[2]) In Epist. *ad Ephes.*, III.
[3]) Hebr. XIII, 17.

сного спасеня і в інтересї успіху свого сьвященодійства були в як найтїснійшій злуцї і в послусї зглядом свого Епископа. Бо справдї не всї, як висше з болем зазначилисьмо, сьвященослужителї є вільні від зарозумілости і зухвалости сих часів; нераз Пастирі Церкви натрафляють на біль і опір там, звідки би належало ся очікувати потїхи і помочи. Если хто так прикро спроневірює ся свому обовязкови, нехай раз і другий раз розважить, що власть тих, котрих: **„Дх҃ъ ст҃ый постáви єпі́скопы, пастѝ цр҃ковъ Гд҃а и҆ Бг҃а“.**[1]) єсть Божа, і если як видїлисьмо, Богу противить ся, хто не слухає якої будь правної власти, то далеко безбожнїйше поступають ті, котрі відмовляють послуху Епископам, назнаменованим печатию Господньої власти. Позаяк — пише сьв. Ігнатий мученик – любов не позволяє менї мовчати перед Вами, спішу упімнути Вас, щобисьте були згідні з мислею Божою, бо як Ісус Христос нерозлучний з нашим житєм, є мислею Отця, так і Епископи розсїяні по земли є в мисли Отця. Проте належить ся, щобисьте були одної гадки з Епископом[2]). Як той славний мученик, так говорили всї, які були Отцї і Учителї Церкви. До того єще Пастирі тяжке двигають бремя в сих прикрих часах; тяжша їх давить журба о спасенє повіреного собі стада; **„тїи бо бдѧ́тъ ѿ дꙋша́хъ ва́шихъ, ꙗ҆́кѡ сло́во воздáти хотѧ́щїи.“**[3]) Чиж не назвати жорстокими тих, котрі відмовляючи їм належного послуху, побільшують єще той

[1]) Діян. Апос. XX, 28.
[2]) In Epist *ad Ephes.*, III.
[3]) ко Евреєм XIII, 17.

gent? *Hoc enim non expedit vobis*[1]), diceret istis Apostolus: idque propterea quia *Ecclesia est plebs sacerdoti adunala, et pastori suo grex adhaerens*[2]); ex quo sequitur, cum Ecclesia non esse, qui cum Episcopo non sit.

Et nunc venerabiles Fratres, in harum exitu litteratum, sponte redit animus ad illud, unde initium scribendi fecimus atque huius calamitossimi belli finem, tum societati hominum, tum Ecclesiae, iterum omnibus precibus imploramus; hominum quidem societati, ut, reconciliata cum fuerit pax, in omni civili et humano cultu vere progrediatur: Ecclesiae autem Iesu Christi ut, nullis iam impedimentis retardata, pergat in quavis ora ac parte terrarum opem et salutem hominibus afferre.— Ecclesia sane iam multo diutus non ea qua, opus habet, plena libertate fruitur; scilicet ex quo caput eius Pontifex Romanus illo coepit carere praesidio, quod divinae providentiae nutu, labentibus saeculis nactus erat ad eamdem tuendam libertatem. Hoc autem sublato praesidio non levis catholicorum turbatio, quod necesse erat fieri, secuta est: quicumque enim Romani Pontificis se filios profitentur, omnes, et qui prope sunt et qui procul, iure optimo exigunt ut nequeat dubitari, quin communis ipsorum parens in administratione Apostolici muneris vere sit et prorsus appareat ab omni humana potestate liber. Itaque magnopere exoptantes ut pacem quamprimum gentes inter se componant, exoptamus etiam ut Ecclesiae Caput in hac desinat absona con-

[1]) Hebr. XIII, 17.
[2]) S. Cypr. „Florentio cui et Poppiano ep. 66 (al. 69)".

тягар і журу? „Иѣсть бо полѣзнь вамъ сіе",[1]) відозвавби ся до них Апостол: а то тому бо Церков є се нарід злучений з сьвященником і стадо зєднене з своїм Пастирем[2]); з чого заключенє, що не є з Церквою той, хто не є з Епископом.

А тепер, Всечеснїйші Братя, під конець сего Посланія, мимоволї мисль вертає до того, від чого зачалисьмо: і знова горячі заносимо молитви о закінченє сеї нещасливої війни, так для блага суспільности людскої, як і для блага Церкви; для блага суспільности людскої, щоби з приверненєм мира дїйсно поступала ві всїм державнім і людскім розвою; для блага Церкви Ісуса Христа, щоби без нїякої перешкоди, у всїх краях і частях сьвіта несла людям поміч і спасенє. Церков дїйсно, вже від довшого часу, не мае потрібної свободи рухів, від коли іменно Голові Его Папі Римскому відібрано ту оборону свободи Єго, яку мав з провидїня Божого через тілько віків для себе забезпечену свою свободу. Відібранє тої охорони викликало між католиками не мале замішанє, як інакше і не могло бути; бо всї, що признають ся за синів Папи Римского, и з близька, чи з далека, без сумнїву цїлком справедливо домагають ся для спільного свого Отця повної свободи в виконуваню Єго Уряду Апостольского і независимого від всякої власти сьвітскої виступу перед сьвітом. Як отже з одної сторони найгорячійше бажаємо чим скоршого умиротвореня народів, так з другої сторони бажаємо також, щоби Голова Цер-

[1]) ко Евреєм XIII, 17.
[2]) S. Cypr. „Florentino cui et Poppiano ep. 66 (ad 69)".

ditione versari, quae ipsi tranquillitati populorum, non uno nomine, vehementer nocet. Hac igitur super re, quas Decessores Nostri pluries expostulationes fecerunt, non quidem humanis rationibus, sed officii sanctitate adducti ut videlicet iura ac dignitatem Sedis Apostolicae defenderent, easdem Nos iisdem de causis hic renovamus.

Restat, venerabiles Fratres, ut quoniam principum eorumque omnium, qui possunt vel atrocitati vel incommoditati rerum, quas memoravimus,finem imponere, iu manu Dei sunt voluntates, ad Deum suppliciter attollamus vocem, atque, universi generis humani nomine, clamemus: „Da pacem, Domine, in diebus nostris“. Qui de se dixit: *Ego Dominus... faciens pacem*[1]). Ipse tempestatum fluctus, quibus et civilis et religiosa societas iactatur, nostris conversus precibus ad benignitatem, sedare celeriter velit. Adsit nobis propitia Virgo beatissima, quae ipsum genuit *Principem pacis;* ac Nostrae humilitatem Personae Pontificale ministerium Nostrum, Ecclesiam atque adeo omnium animas hominum, divini Filii sui sanguine redemptas in maternam suam fidem tutelamque recipiat.

Auspicem caelestum munerum ac testem benevolentiae Nostrae, vobis, venerabiles Fratres, vestroque clero et populo apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die

[1]) Isai. XLV, 6–7.

кви перестала жити в тім анормальнім положеню, яке з ріжних причин приносить велику шкоду самому спокоєви народів. В сїй справі, в якій нераз своє становиско заявили Наші Попередники і ми то само поновно заявляємо з тих самих раций, ведені не людскими мотивами а лише сьвятостию обовязку т. є. обороною прав і гідности Апостольскої Столиції.

Вкінци Всечеснїйші Братя, позаяк в руках Божих знаходить ся воля пануючих і всїх тих, котрі можуть положити конець жорстокости і стратам о яких говорилисьмо, тому до Господа Бога заносимо благальні просьби і в імени цїлого роду людского відзиваємо ся: „Господи, дай мир в наших часах“. Коби той, котрий о собі сказав: „**Ѧзъ Гдь... творѧй миръ.**“ [1]) ублаганий нашими просьбами зволив утихомирити филї, які погружають суспільність сьвітску і духовну. Нехай вставить ся за нами Преблагословенна Дїва Мати самого князя мира; нехай своєю материньскою опікою огорне нашу Смиренність, Наш Уряд Апостольский, Церков, а з нею всї душі відкуплені Божественною Кровию Єї Сина.

Яко задаток небесних дарів і на знак Нашої зглядом Вас жичливости, уділяємо з цїлого серця Апостольске благословеніє Вам, Всечеснїйші Братя, Вашому клєрови і вірним.

Дано в Римі при сьв. Петрі в день

[1]) Ісая, XLV, 6—7.

festo Sanctorum omnium, 1. Novembris MCMXIV. Pontificatus Nostri anno primo.

BENEDICTUS PP. XV.

всїх Сьвятих 1. листопада 1914 р., в першім році Нашого Понтифікату.

ВЕНЕДИКТ П. Р. XV.

Повисшу Енциклїку Сьвятійшого Отця Венедикта XV. Папи Римского подає ся до відомости Всч. сьвященьства.

Від гр. кат. Еписк. Ординарияту.

Перемишль, дня 28. вересня 1915.

Ч. 41.

Ч. 3713. В справі пшеничної муки потрібної на агнци, причастники і просфори на цїли лїтурґічні.

Еписк. Консистория отримала на своє в тій справі внесене представленє слїдуюче розпорядженє:

В наслїдок рескрипту ц. к. Мінїстерства внутрішних справ з 3-го падолиста 1915. Ч. 52907 ц. к. Президия Намісництва рескриптом з 10. бм. Ч. 32978/pr. повідомила по думці §. 5, розпорядженя мінїстериального з 11-го серпня 1915. В. з. д. Nr. 251. що парохіяльним урядам католицким обох обрядів можна для лїтурґічних цїлий будьто позіставити при викупнї збіжа через воєнний Заклад обороту збіжем відповідну скількість їх власної пшениці числячи **30 кґр. зерна річно** на кождих 1000 душ в парохії, будь також уділити позволеня на закупно **пшеничної муки** до тої цїли, числячи **23 кґр. річно** на кождих 1000 душ в парохії.

Обовязком ц. к. Староства буде перестерігати, щоби уділене на жаданє парохіяльним Урядам на підставі нинїшного рескрипту збіже, зглядно мука зістала виключно уживана відповідно до свого призначеня.

Повисше розпорядженє подає ся Всч. Духовеньству до відомости з тим, що в справі уділеня на потреби лїтурґічні муки, належить звертати ся до властивої для кождої парохії Власти полїтичної повітової, з котрих кожда одержала в тім зглядї відповідні вказівки рескриптом Вис. ц. к. Президиї Намісництва з дня 10. падолиста 1915. Ч. 32798/пр.

Від гр. кат. Еп. Консисториї.

Перемишль дня 25. листопада 1915.

Ч. 42.

Ч. 3641. В справі вінкуляциї вальорів III. 5½% позички воєнної з р. 1915.

Ц. к. Дирекция довгу державного в Відни відозвою з дня 13. листопада 1915. Ч. 8833 подає всім субскрибентам III. позички воєнної до відома, що розпоряджена єї, оголошені в Вістнику Епарх. з р. 1915. Ч. IV. стор. 17 відносячі ся до вінкуляциї вальорів II. позички воєнної, мають бути заховані і тепер при переведеню вінкуляциї листів довжних III. позички воєнної, причім з натиском підносить, що тілько точне застосоване ся до поданих там вказівок улекшить всі чинности звязані з пересилкою субскрибованих дотичних облїґациї.

Від гр. кат. Еп. Консисториї.

Перемишль дня 25. листопада 1915.

Кароль Волошиньский
Вікарий капітульний.

Александер Зубрицкий
Канцлер.

Накладом гр. кат. Еп. Консисториї в Перемишли. З друкарнї гр. кат. Капітули в Перемишли.